



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

15. Barbitonsores, Sutores & omnes spe lucri notabilis laborantes diebus
festivis non peccant, si non fiat ordinariè.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

PROPOSITIO XV.

Barbitonfores, futores, & omnes spe notabilis lucri laborantes, diebus festiuis, non peccant, si non fiat ordinarie.

14. **I**N qua vides totam vim præcepti de sanctificando per feriationem Sabbathi simul & semel elaxari, idque intuitu lucri temporalis, nimirum his Authoribus plus est lucrum temporale quam lex Divina & Ecclesiastica, eo quod suis principiis conformiter illa vix & non multum frequenter obligent sub mortali. Olim mādarat lex divina *Deut. 5. Septimus dies Sabbathi est, id est requies Domini Dei tui, non facies in ea quidquam operis tu, & filius tuus, & filia, servus & ancilla, & bos & asinus, & omne jumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas, ut requiescat servus tuus & ancilla tua, sicut & tu.* Huic mandato ad tertium decalogi præceptum, quod ut supra dictum, quo ad substantiam est naturale, quantum ad modum positivum spectanti, successit in nova lege

Q3

lege

lege præceptum de celebranda dominica, in
 memoriam resurrectionis & abstinendo in
 eo sicut & omnibus diebus festivis, ab omni-
 bus operibus servilibus, at quia non est addi-
 tum tota die, hinc occasionem sumpserunt
 novelli probabilistæ asserendi.

PROPOSITIO XVI.

*Per duas horas vocare operibus servili-
 bus, in dominicis, & festivis non est
 mortale.*

20. **M**odicum enim ut ajunt non curat
 Prætor, & parum pro nihilo com-
 putatur, modicum autem judicatur duarum
 horarum spatium comparatione viginti
 quatuor: nec obstat quod cum animo te-
 neas te toto anno omnibus diebus domini-
 cis & festivis id efficere velle, & de facto ho-
 cias, quia unus dies festivus non connectitur
 cum alio ad hujus materiæ gravitatem effor-
 mandam, ex horum sententia, ob eandem
 causam sequens quoque admitti poterit.

Propo